



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 12. Nottonis calumnia in authorem diuinitùs relapsa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](#)

tori fuisse longè chariorem honoratiorem-  
qué? Et debebat vtique Carolus hanc illi  
compensationem. Vno verbo, Hiltgardis  
nulla alia re Sanctæ nomen magis potuit  
mereri, quām patienti fortiōne exantlatio-  
ne tantæ calamitatis. 7. Quod maximè  
spectat historia, discant hinc falsi delato-  
res, quale eos maneat præmium suæ ac-  
cusationis. Ad tempus nocere possunt, cum  
tempore prosunt, & exaltant, quos depri-  
mere voluerunt: ac per quod ipsi volue-  
runt emergere, per illud ipsum tandem in-  
paria, immò maiora mala deiiciuntur. Ve-  
rè enim dictum est: *Iudicabit pauperes po-* Psal. 71.  
*puli, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.*

## §. XII.

*Nottonis calumnia in authorem diuinitas  
relapsa.*

Cuius rei manifestum paradigmata etiam Ven. Bea  
Venerabilis Beda de S. Arnolfo Episcopo da tom. 3.  
his verbis narrat. *Quidam homo celestus no-* in vita S.  
*mine Notto, ausus est irrogare cum complicibus* Arnolfo,  
*suis episcopo sancto iniuriam, afferens scilicet,*  
*eum non esse cultorem Dei, sed potius hominem*  
*deditum voluptati: ad cuius lectum nocturnis*  
*horis, non solum rex, verū etiam regina,*

tamquā consilium flagitantes interdum prope-  
 rarent. Cūm ergo vir ille die quādā, alio referto  
 vino unā cum detrahente focio suo strata pe-  
 tisset, iubente Domino, omnia vestimenta illo-  
 rum vallantur undiq<sub>z</sub> flammā. Quibus illico  
 cum ingenti clamore profilientibus, aquam circa  
 nates ac genitalia loca, ubi camisia illorum acr-  
 rimè cremabantur iniçtentibus, nec omnino  
 flammam diuinitus missam extinguere valenti-  
 bus, tandem ad instar porcorum luto volutabri-  
 se pariter involuunt, & ibi diu vociferantes,  
 vix ad ultimum pœnam, quam meritò pati-  
 bantur, euaserunt. In quibus profectò imple-  
 tum est hoc, quod scriptum est in Psalmo: De-  
 trahentem secretò proximo suo hunc persequi-  
 bar: in tantū, ut & illud diuina censura facili-  
 esse non ambigamus, quòd detractores isti vehe-  
 mentissimè cremabantur in partibus illis, ubi li-  
 bido, de qua calumniabantur virum iustum,  
 regnare non dubitatur. nec multò pōst auctor  
 huius detractionis, profatus videlicet Notto, in  
 huiusmodi criminibus diffamatus apud regem,  
 vt sclera eius unā cum vita regalis gladium  
 amputaret; nec non & filius eius  
 eidem sententia subia-  
 ceret.

CAPVI